Quelle: https://manuscripta.at/?ID=37192
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Sed qui addit nomine silencii additur adiectivum summum,
tunc nulla vox articulata vel que possit aures cuiuscumque
tangere proferri debet. Hoc est quod dicitur summumque silencium fi-
at. Et ad maiorem explanacionem quid sit silencium sciendum [?]
intelligit. Ut nullus mussitacio vel vox nisi solius
audientis ubi audiatur. Mussitacio est aliquod signum
confuse vocis, ut est tussis simulata, vel qui excreare
volens, vel sibilus inhonestus. Nomine quoque mussitacionis
est idem quod leniter vel caute loqui. Vox vero est ut
dicitur articulata, id est litterata vel illiterata. Vox enim est so-
nus ab ore prolatus, naturalibus instrumentis formatus.
Ut igitur omnis ille modus per quem silencium
violatur accomedentibus vel servientibus excludatur,
dicitur summum silencium fiat.

**Que vero necessaria sunt come-
dentibus et bibentibus, sic sibi in-
vicem serviant fratres, ut
nullus indigeat petere aliquid**

Que vero etc. Nullus debet nec maior nec minor, et ideo cum tan-
ta sollicitudine ad custodiam silencii iubentur asser-
vitoribus necessaria ministrare.

**Si quid tamen opus fuerit,
sonitu cuiuscumque signi pocius**